

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Heinrich Becker

**Programma, Qvo Rector Vniversitatis Rostochiensis, Ioann. Henric. Becker, S.S.
Theol. D. ... Sacrvm, Resvrrectionis Christi, Festvm Ex More Indicit ... Praemisso,
Mixtae Meditationis Praefamine, Cives Academicos ... Exhortatvr**

Rostochii: Typis Joh. Jac. Adleri, [1746?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004034296>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—
1746 Ostern

M-1258. 286.

Ogl. 1746

PROGRAMMA,
QVO
RECTOR VNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
IOANN. HENRIC. BECKER,
S. S. THEOL. D. & PROF. P. O. AD D. NICOL.
ECCLESIASTES,
SACRVM,
**RESVRRECTIONIS
CHRISTI, FESTVM**
EX MORE INDICIT;
VTQVE ILLVD
CVLTV DEO GRATO,
DEVOTE NON MINVS, QVAM, CVM LAETITIA
SPIRITUALI, ET SERIO, VITAM RENOVANDI,
STUDIO,
RITE CELEBRENT,
PRAEMISSO, MIXTAE MEDITATIONIS PRAEFATI
CIVES ACADEMICOS O. OPH.
PRO OFFICII RATIONE,
DILIGENTER EXHORTATVR.



R O S T O C H I I,
Typis JOH. JAC. ADLERİ, SERENISS. PRINC. &
ACADEMIAE Typographi.

M. 1256²⁸⁶



Quantus erat moeror, quantoque discipulorum, & confessorum CHristi tristitia, quum Dominum suum, Doctoremque viderent in vtroque iudicio condemnatum, ad crucis supplicium traditum, in cruce misere pendentem, immo morientem; tantum erat, Gives Honoratissimi ! eorundem gaudium, tantaque letitia, cum Illum ex mortuis viderent resuscitatum, ipsis gratiose adparentem, sequie, mortis infernique victorem, & constitutum dominum supra omnia, demonstrantem. Tempore mortis CHristi, amatores, & discipuli eius, in salutari de Jesu cognitione, scripturaeque V. T. vaticinii istos nondum ceperant profectus, illadve adquisiverant fidei robur, vt, quorsum haec omnia spectarent, quem in finem fierent, quem exitum essent habitura, satis intelligerent, aut, quae CHristus ipse praedixerat, in memoriam sibi reuocarent. Moeroris caligo mentem eorum quadam velut nebula tegebat, anxii lugebant amissum mortuumque suavisimum doctorem, fluctuantes ceteroqui inter spemque metumque. Reve- ra conditio eorum anceps erat, & periculi plenissima, Noverant odium Iu-
daco-

claeorum, non audebant e foribus prodire, cavillationibus hostium JE-
su erant obnoxii, qui spem posuissent in suspensum, & superiorum au-
toritate, suppicio adfectum, cuius regnum praetensum, adeo misero
exitu esset cachinnis & sannis omniū prostitutum. Regii Psaltis verba
Ps. XLII. 4. 11. sine dubio ingeminarunt. Nec Diabolus telis suis
ignitis, illorum animis, ut dubiam in redderet mox deitatem CHristi,
mox ejus a patre missionem, mox doctrinam, mox promissionem, pe-
percit. Erat sane illud, cibrationis *Luc. XXII. 30.*, & explorationis
tempus, ubi ipsa ratio contra fidem pugnandi arma in promptu habebat
bene multa. Quam fuerint a spe resurrectionis CHristi animis remo-
ti, docet mulierum, Jesum tertio die, quā tamen sepulcrum iam reli-
querat, vngendi consilium, *Marc. XVI. 1. sqq.* docet Emmaūticorum
peregrinatorum cum ipso, sub viatoris schēmate, ipsis se sociante Ser-
vatore, colloquium. *Luc. XXIV. 21-23.*, docet Thomae incredulitas,
Ioh. XX 25. docet congregatorum discipulorū, ad CHristi adpari-
tionem, quasi spiritum viderent, metus. *Luc. XXIV. 37-39* Poterat
de iis dici, quod de Patriarcha Jacobo, cui: Josephus in vivis esse, nun-
tiabatur, *Gen. XLV. 26.* legitur: sed titubabat cor eius. Luth. Aber
sein Herz dachte gar viel anders. Ratio enim sibi reliq̄, mox in ma-
gnæ molis lapide, ad sepulcri ostium provoluto, mox in publica sepul-
cri obſignatione, mox in vigilum custodia, dubiorum satis habebat; ne-
sciens, DEI honorem pariter ac morem esse, non, nisi re ad summum
discrimen adducta, auxilio suo, suaque operatione intervenire, & vbi
nemo sperat, putatque, *praeflare abundanter talia, quae C intelligere C*
petere nostrum superant. *Eph. III. 20.* Ceterum ex illa discipulorum, ad
credendum CHristi resurrectionem, difficultate, collata cum post secu-
ta eorum, hanc ipsam annuncandi & confitendi, constantia, ut adeo
mortem & dura omnia pati malent, quam eam tacere, aut dissimulare,
ORIGENES contra Celsum disputans, maximi omnino ponderis argu-
mentum dicit, pro resurrectionis CHristi veritate historica, & humana
fide probanda.

Sicuti vero CHristi e mortuis resurrectione non minus inopinata quam
gloriosa erat, (*resuscitatus autem per gloriam patris Rom. VI. 4. vitam-
que, quam in se ipso habere datum erat Ioh. V. 26. recipiens, facto ter-
rae motu, sigillo effracto, magnæ molis lapide deiecto, vigilibus pro-
stratis, inque fugam actis, triumphator e morte & sepulcro prodiit*); ita
maximam in animis discipulorum efficiebat catastrophē. JESUM enim

viuum, mortique ereptum, sibi, suoque solatio redditum, conspicientibus cor ipsum reviviscere, & laetitia repleri, fides roborari, lux nova, ad intelligenda V. T. vaticinia, oriri mentibus coepit. Nunc de CHristi Deitate, de eius a Patre missione, de facta per eum redemtione humana, peccatorumque expiatione, de spe & fiducia in CHristum in solidum ponenda, de CHristi victoria, de mortis infernique captivatione, de indole Noui Testamenti, doctrinaque evangelica certi siebant maxime. Palpabant jam, se non uisse deceptos, non pudefactos in JESu Nazareni consortio, confessione, & sequela. Non poterat iam iis exprobriari, se credere in crucifixum, & mortuum simpliciter, de quo, quis fuerit, & quo loco eius & persona, & vita, & doctrina habenda sit, an eps esset disputatio. Mortuus enim resurrexerat, viuum se, filium DEI, Messiam mundi, & diabolus victorem, immo dominum supra omnia efficaciter demonstraverat; si quod demonstrare perrexit visibili & ascensione in coelos, & Spiritus Sancti effusione miraculosa, illico facta Ecclesiae ex omnibus gentibus collectione, conf. Rom. I. 4. Ita impletum est, quod Messias precatur Pj. LXIX. 7. Ne pudefiant in me, expectantes te, domine Iehovah Zebaoth: ne ignominia adficiantur in me, quarentes te, Deus Israelis! Pudefacti autem in CHristo fuissent eius discipuli & confessores, si gloriosam eius vitam, post ignominiosam mortem, & nescivissent ipsi, & demonstrare aliis, & ad eam prouocare audacter, non potuissent. Haec ratio est, quare in scriptis suis ubique, tantum apostoli in resurrectione Christi ponunt, doctrinae salutaris, fidei, & solaminis momentum, ut & sigillatum Petrus dicat 1. Epist. I. 3. Benedictus Deus & Pater Domini nostri JESU Christi, qui juxta multam suam misericordiam, regenerauit nos, in spem viuam, per resurrectionem JESU Christi ex mortuis, in haereditatem incorruptibilem &c. & gentium Doctor. 1. Cor. XV. 14. 17. 18. Si CHristus resuscitatus non est, vana ergo praedicatio nostra est, vana vero etiam fides vestra. Si CHristus resuscitatus non est, adhuc estis in peccatis vestris! Utique etiam, qui obdormierunt in CHristo, perierunt. Etenim ex articulo de resurrectione CHristi, maxime fundamentali, 1. Cor. XV. 4. tota de CHristo doctrina declaratur, & sine ea manca esset, atque incerta, penderque ex illa certitudo nostrae cum DEO conciliationis, nostraeque in CHristo acceptandae per fidem iustificationis, Rom. IV. 25. certitudo item pacis nostrae cum DEO, victoriae a mundo reportandae, 1. Job. V. 4. & gloriosae resurrectionis, & manifestationis cum CHristo, die extremo

ex-

expectandae. I. Cor. XV. 20. seqq. I. Thess. IV. 14. Coloss. III. 4. Eadem ratio est, quare primi Christiani contra Iudeos & Ethnicos, in Christi resurrectione probanda, tam seduli fuerint & serui, de ea maxime gloriati, adque illam confitendam, & obsignandam suo sanguine, laeti & paratissimi. Viui enim &, ad tutandum, vis est, &, ad saluandum, operatio: viuo Messiae regique cultus competit & honor, non mortuo, quatali & simpliciter. In mortuum quod considerent, & e cruce suspensum, obiiciebatur Christianis, & vesaniae habebatur: nec id iniuste, si IESum, non, nisi humilem moriuumque, essent professi, non vero etiam eundem viuum, glorificatum, exaltatum, talemque, quem a morte detineri impossibile fuerit, Act. II. 24. credidissent & adorassent. Atqui veritatem facti, quoad resurrectionem Christi, tot eius per integros quadraginta dies adparitionibus, tot testibus oculatis, publica item, quam penitus non poterant suffocare hostes infensissimi, fama, immo, tot miraculis, post Spiritus Sancti effusionem, a confessoribus IESU, & per eius nomen, manifesto patratis, solide probabant.

Equidem, quidni B. Servator, post resurrectionem, Pilato, Herodi, summis sacerdotibus, Phariseis, vel Iudeorum in templo congregato coetui adparuerit, iisque se viuum demonstraverit, quum resurrectioni suae hoc ipso potuisset, vti videretur, publicam fidem conciliare? quaerebatur iam olim ab ethnicis, & quaeri posset hodie. Enim vero, iusto illud tribuendum est iudicio divino, morose coecos suae coecitati, & pertinaciae permittenti. Nolo adiungere, cuncta fere DEI opera ita fieri, vt attendantibus satis sint manifesta, seculo autem mundo occulta; quare Deus ipse, quo tamen nihil est manifestius, vocatur: Deus occultus Jes. XLV. 15. Et scriptura V. T. Christique & doctrina & opera, ne aliquoties editum coelitus, audibili voce, summi patris testimonium Matth. III. 17. Job. XII. 28-30 vrgeam, de Christo, quis esset, exaltissime loquebantur. Job. V. 36, 39. In vulgus nota, & contestata erat Christi ad mortem condemnati, innocentia; notissima cuique erant, stipantia mortem eius, prodigia, quibus populus, supplicium adspectans, peccatus percutere, vrbemque repetere movebantur, centurio autem ethnicus fateri: vere hic pius fuit homo, & DEI filius! immo praetaturalis praecipue solis eclipsis, per totum orbem ab astronomis quoque ethnicis: PHLEGONTE, THALLO, DIONYSIO, aliisque, teste EVSEBIO in Chron. ad A. C. XXXII, cum stupore obseruata, (quam Rev. Dn. Past. JO. HEYN, pro suo ingenio, ac lubitu, at perpet.

ram, cometae, nemini obseruato, adscribit) & in publ. annales relata, morientem, ni ipsum orbis dominum, personam tamen sine pari esse, docere poterat.) Non iniueunda sunt, quae de hac eclipsi, quod nimirum fuerit eadem, quae PHLEGONTI, aliisque observata est, Dn. M. LIETFIEL nuper noravit in relationibus Hamb. Zitter. hoc anno, Num. XXII. & XXIII.) Accedebat, quod fama de resurrectione CHristi, ipsorum sepulchri vigilum relatione & confessione orta, ac per totam urbem Hierosol. expansa, data opera, & summo studio, silentium vigilum, argenti copia captante, a populi primoribus & sacerdotibus, contra facti veritatem quod exciperent, nihil invenientibus, fuerit oppressa, & crasso stupidoque mendacio, levi plebeculae imponente, corrupta. Matth. XXVIII. 11-15. Nec ira quieverunt, sed ἀνθρώπους οὐκέτε, teste IVSTINO in Dialogo cum Tryphone Iudeo, miserunt in vniuersum orbem, qui mentirentur, Christianos non solum esse atheos, sed & impostores, CHristumq; mortuum, vt resurrexisse crederetur, e sepulcro clam sustulisse. Quum ergo nec Mosen, nec prophetas audire, nec cordis, per tot miracula factae convictioni, locum relinquere, Joh. III. 3. XI. 47, seqq. XII. 10. 11. 19. 42. Act. IV. 13-18; sed, videntes coecuti re vellent, & veritatem pedibus conculearent; iustum coram DEO erat, speciali sua adparitione tales CHristum resuscitatum praeterire, sequae amatoribus suis & testibus solis viuum demonstrare. Act. X. 40. 41.

Hoc est, quod B. Servator ait, Joh. XI. 39. Matth. XI. 25. XXIII. 39. Malitia nimirum & σκληροχαρδία populi Judaici, eo tempore, ad illum gradum contigerat, vt delictorum mensura esset plena, miserque populus, illi excoecationis, reelectionis, & dispersionis, a Mosis iam temporibus praedictae, iudicio, cui adhuc hodie subiacent, acerbum contra veritatem Spiritum Rom. XI. 8. non continentis, satis maturus. Sicuti ergo CHristum, ex ipsorum licet gente natum, omnibusque, a Scriptura V. T. & a veteribus Hebraeorum magistris, hinc praesignatis, hinc pro genuinis agnitis, Messiae criteriis, manifesto conspicuum, malitiose reiecerunt, & dirae crucis morti, vindictam profusi sanctissimi cruoris sibimet ipsis audacter imprecantes, foedissime tradiderunt; ita etiam, resuscitatum esse, audire, eiusque evangelium & testes ferre, omnino noluerunt. Etsi vero diuinam vindictam in te grauissimam, iam per sesquimillenium, & ultra, senserint, eaque adeo premantur, vt contemtui sint, & parabolae omnibus terrae, inter quas dispersi vivunt, nationibus; tantum tamen abest, vt veritati paulatim locum dare incep- rint,

rint, mitiusque de IESu Nazareno senserint, ut potius, obtestata eorum manente facie, Mosis velamine 2. Cor. II. 15., vaticinia & scripturae V. T. de CHristo, testimonia, e quibus, Messiam illum vnicum & verum, hominumque cum DEO conciliationem, per eius sanguinem, & meritum, potissimum eius officium esse debere, omni tempore cognoscere poterant, plane evertant, & in quaevis alia, falsa, inepta, ridicula, sensu eorum distorqueant. Quantopere in hoc passu maioribus suis, eadem licet, in principali causa, coecitate laborantibus, peiores sint fai, errorumque suorum catalogum auxerint, docet B. D. JO. HENR. MAIVS. Giessensis olim Theologus, in *Synopsi Theologiae Judaicae*, veteris & nouae. Fuerunt adeo veterum Rabbinorum quidam, qui duos Messias, quorum vnu, qui iam venerit, & multa mala & mortem cruentam pati debuerit, sit Josephi filius, alter, adhuc futurus, cui cuncta prospere cedere debeant, Davidis sit filius, maluerunt statuere, quam de IESu Nazareno, eiusque vita, factis, morteque, prave sentire. Vid. GROTIUS, de Ver. Rel. Christi L. V. p. m. 122, & in nota 157, ubi prouocat ad Thalmud, tit. Succa, ad R. Salomonem, & R. Dav. Kimchi. Plures excitat EISENMENGERVS, im entdeckten Judenthum P. II. p. 720. Hodierni autem Bened. nostrum Servatorem conviciis, & blasphemias proscindunt, & abominationi habent. Non enim vereuntur illum adpellare שׁׂרֵך סְפִירָה filium stadae, בֶן פַנְדִירָא filium Panderae הַלְוִי suspensum. Plures contumelias, quas in vivum DEI filium effundunt, notavit, post BVXTORFFIVM, & WAGENSEILIVM, EISENMENGERVS, l. c. P. II. p. 1021. Abeunt ergo haec tenus Iudei sub maledictione & ira statu, cui non possunt non subesse, quamdui vnicum mundi salvatorem nolunt agnoscere, atque vera fide revereri. Egregie H. GROTIUS l.c. L.V§. XV. pag. 116. Cum olim, inquit, populus grauissimis sceleribus se contaminasset, liberos passim sacrificasset Saturno, adulteria pro nihilo duceret, viduas, & pupillulos expilaret, insontem sanguinem magna copia funderet, quae omnia illis Prophetae exprobabant; passus est exilium, sed non diutius annis septuaginta, atque interea non omisit DEus per Prophetas illos alloqui, & solari spe redditus, indicato etiam eius tempore. At nunc, ex quo semel eiecliti patria sunt, manent extorres, contenti; nullus ad eos venit Propheta; nulla futuri redditus significatio: magisiri ipsorum, quasi Spiritu vertiginis adflati, ad turpes fabulas, & ridicula dogmata delapsi sunt, quibus scatent libri Thalmudici, quos legem ore datam audent dicere, & cum iis, quae

Ma-

Moses scripsit conferre, aut iis praeferre etiam. Et tamen tanto tempore
Iudei nec ad falsorum DEorum cultus deflexerunt, ut olim, nec caedi-
bus se contaminant, nec de adulteriis accusantur. DEum vero & precibus
& ieiuniis certant placare, nec exaudiuntur. Quae cum ita se habeant,
omnino ex duobus alterum statuendum est, aut foedus illud, per Mosen
factum, omnino esse abolitum, aut teneri Iudaeorum uniuersitatem gra-
uis alicuius peccati, tot iam per Jecula durantis; quod, quale sit? ipsi dicant,
aut si dicere non possunt, nobis credant, peccatum illud esse contenti Mes-
iae, qui ante aduenerit, quam haec mala ipsis contingere coeperunt.

Quandoquidem vero extra vnicum mundi seruatorem, salutariter
agnitum, & vera fiducia adprehensum, non datur spes salutis aeternae;
non perspicimus, qua ratione, quo que, verbo diuino conformi, fun-
damento, de coecis, & in tanta malitia perseverantibus Iudeis, quamdiu
& in quantum tales sunt, bene possit sperari? Peregrinum itaque vide-
tur, & non parum Indifferentissimi secum habere, quod legitur in Rev. Dn.
Past. JO. HEYNII gesammleten Briessen von den Cometen &c. im
XX Briesse. Nimirum aut fingit, aut ex vero narrat Vir Clarissi-
mus Colloquium, quod sibi cum pio quodam, quem vocat, lCto, in-
tercesserit, vbi inter alia, ad formatam a se quaestionem: So möchten
ja wohl, nach diesen Gründsäzen, so gar einige Juden seelig werden,
wenn sie sich auch nicht tauffen lassen, und zum Christenthum über-
treten? ille sic respondet: Hierauß ist mit Unterscheid zu antworten.
Hat ein Jude eine Ueberzeugung von der Christlichen Wahrheit:
so liebet er sie gewiß schlecht, wenn er sie nicht öffentlich bekennet. Wie
wollen daher solche nehmen, die keine Ueberzeugung haben: sondern
sich überreden, daß der Messias noch kommen müsse. Alle dergleichen
Juden, die eine aufrichtige Liebe zur Wahrheit haben, und fromm le-
ben, werden seelig! Wenn sie grosse Geister wären, würden sie ihren
Werthum erkennen. Aber sie sind Stümper. Wir Christen könnten
ihnen behülflich seyn, sie können aber kein Vertrauen in uns setzen,
denn wir sind von Zeit zu Zeit unmenschlich mit ihnen umgegangen.
Wahr ist es, daß sie Christum verachteten. Ich will mich aber eines
Gleichnisses bedienen. Es werde, bey Kriegs-Gefahr, eine Festung
genau bewachtet, und der Befehlshaber befehle den Thoriwachen an,
daß sie niemand ohne scharffe Untersuchung einlassen sollten, es wäre
dann ein Herr in einem rothen Kleide, mit einem Ordens-Band,
der ein Gefolg zu Pferde hinter sich hätte, dem solten sie unverzüglich
auf-

aufmachen, denn es wäre der König, den man erwartete. (Es ist aber dies eine falsche Nachricht, denn der König trägt keine rothe Kleidung.) Zu gesetzter Zeit komme der König, in seiner gewöhnlichen blauen Kleidung, und habe ein gehöriges Gefolge bei sich. Die Thormache erschrickt. Sie höret wohl, daß man ruffet, der König! der König! Allein, da sie die Merkmale nicht erblicket, welche ihr die Befehlhaber von dem König gegeben haben: so argwohnet sie auf einen Ueberfall, und öfnet dem König das Thor nicht. Wer muß wohl hier die Schuld des groben Versehens tragen? Ausser Streit, die hohen Officiers, welche unrichtige Befehle gegeben haben. In diesen Umständen befindet sich die Sache der meisten Juden. Sie lieben, und ehren den Messias, und ihr Herz verlanget nach ihm. Die Obersten der Schulen haben dem gemeinen Haussen falsche Merkmale beigebracht, und nach solchen urtheilen sie, weil sich ihre Einsicht nicht weiter erstrecket. Jesus von Nazareth, der wahre Messias, kommt. Aber sie nehmen ihn nicht an; Denn er hat die Merkmale nicht, welche ihnen die Rabbinen gesaget haben. DisMiskenen wird der gütige Heiland den schalkhaften Schul-Obersten nicht aber dem betrogenen Häuslein zurechnen: und welche aus solchem Wahrheit und Tugend lieben, werden kein strenges Urtheil zu gewarten haben!

Multa occurunt in hac epistola, quae correctionem, & refutationem mereri videntur; sed huius loci id non est. Id tamen dolendum, quod libri Autor, vt Ecclesiae evangelicae minister, non veritus fuerit, talia passim, magna cum animi libertate, prodere, fateri, defendere, quae cum eius, cui servit, Ecclesiae confessione, fidei articulis & sistmate, libris quoque nostris Symbolicis ne vix quidem possunt conciliari. Evidem excitata verba non tribuimus ipsi, qui, ICti ea esse, ait; at mente eum ab his talibus opinionibus non valde alienum esse, non ex uno libri loco adpareat. Ceterum, quando epistolam finit his verbis: alles, was ich thun kan, ist, daß ich den Außsatz (in puncto quaestions von der Seeligkeit in andern Religionen. vid. pag. 617.) der Presse übergebe . . . vielleicht nimmt es ein aufgeklärter Lehrer für einen Ruf Gottes an, diese Sache in ein grosseres Licht zu setzen: vehementer dubito, repertum iri ita illuminatum Theologum, qui in hac re, ultra scripturam aliquid sapiat, & in incomprehensibilia DEI iudicia, quae sane olim iustificabit ipse perfectissime, & ad quae gentium

B

um

um docto^r: ὁ βαθο^s exclamat, atque abstrahere, quam curiosus rimari, satius habet Rom. XI. 33. penetrare velle, sibi sumat. Christiano theologo competit, non, nisi secundum revelatum DEI verbum docere, atque sentire; quaestio est de eo: *quid, se facere & fieri velle, Deus, in scriptura declareret ipse?* Atqui vero verbum DEI revelatum expressa littera docet: *quod extra CHristum, & sine fide in illum, qua Messiam, nemo hominum salvetur, vid. Marc. XVI. 15. 16. Joh. III. 16. 19. VIII. 24. XIV. 6. Act. IX. 12. Rom. III. 26. IX. 31. 32. X. 13. 14. I. Cor. III. 11. I. Joh. V. 11-13. quod CHristus debeat credi filius DEI. I. Joh. V. 6; quod is, qui illud non credit, sit antichristus. I. Joh. IV. 3 4. quod is, qui CHristum negat, etiam cum Patre non habeat commercium. I. Joh. II. 23. quod CHristus incredulo sit lapis offendit, & petra scandali. I. Petr. II. 7. 8., quod autem salus sit eius, qui in CHristo non fuerit scandalizatus Matth. XI. 6.* Taceo alia plura. Quod si putas, dura nimis haec esse, & Judaeos, CHristum reprobantes, iniuste damnari, non supra, sed contra scripturam sentis, DEumque, ut tibi suorum iudiciorum decretorumque rationem reddat, ad corruptae rationis tribunal, temerario ausu, postulas. Num putas, maiore te flagrare φιλ-avθωνία, quam illum, qui summus est, & essentialis amor, qui aequa est Iudeorum, quam gentium Deus? Rom. III. 29, illisque filium misit, aequa ae praedicationem evangelii, omnium primo? Joh. I. 11. Matth. XV. 24. Act. XIII. 46. Amplissimus hic differendi se offerret campus, si permitteret spatiū præfixum. Hoc tamen dico: Qui longanimitatem divinam populo Iudaico præstata multo amplissimam; qui populi eiusdem malitiam summam, & quod is ad meliorem informationem, quam tum e scriptura V. T. cum N. T. diligenter collata, tum e conversatione cum Christianis, posset habere locupletissimam, aures studiofissime obturet, blasphemetque ea, quae ignorat. Jud. v. 10., exaltius secum pensitaverit; is certe, hunc populum poenas iuste luere, & de salute eius, in tantum, non posse bene sperari, erit persuasissimus. Leg. M. SIGISM. HOFMANNI, schwarz zu befehrendes Judenth. Herz. Ultra modum sane Iudeorum culpam bonus ille Dn. HEYNII Juris-Consultus elevarat. Simile militis stationarii ad rem parum quadrat. Verus regis habitus, vera Messiae criteria Iudeo cuius possent non difficulter inuestigari. Nec est apud hanc gentem simplex ignorantia: ein blosses Misskennen des Messias, sed, est adfectata, cui accedit pertinacia & blasphemia. Veritatem si amaret Iudeus, sincero eam & debito studio, quae-

quaereret, depositoque prius irrationabili odio eius, de quo, an odio dignus sit? despicere ipse debebat, inueniret veritatem facillime. Messiam, quomodo amare Judaei, & honorare dei possunt? quum primum de Messia, & essentiale conceptum abnegant? Fingunt non ens, cuius nulla sunt praedicata, Messiam, cuius nulla sunt in scriptura V.T. vestigia. Fingunt regem secularem, externae libertatis adfertorem. Magno desiderio, fateor, expectant Messiam; verum, ut orbem sanguine, ventrem deliciis impleant; adeo, ut etiam Theologiam naturalem, suo de Messia conceptu, talpa coeciores, in capite non uno, adulterent. Carent ergo Judaei, sine dubio, istius a Dn. HEYNIO laudati JCti, fidei articulo fundamentali primo, qui illi est: *amor veritatis*. Hanc enim si amarent, & servarentur, alia longe via sibi incedendum esse, haud difficulter cognoscerent. Nulla etiam opera euangelii dari posset, Judaeos carere altero quoque, HEYNIO laudati JCti, fundamentali fidei articulo: *amore nempe sanctitatis*. Etenim fraudibus, fastu, amaro erga gentes, extra suam, omnes, odio, perfidia, aliisque vitiis fere omnes pleni sunt; nec mirum est, vitae pietatem apud eos raram esse, quum veritate, genuinae pietatis fonte, destituantur. Si qui tamen, ultra externam morum honestatem ciuilem, cuius & homo atheus capax est, ascendunt, animaeque curam gerere satagunt, favente diuina prouidentia, ad veram Ecclesiam facile perducuntur.

Deum interim miseratorem supplices veneramus, ut inter alias, a sua gratia alienas, & a veritate deuiantes gentes, & miseram hanc, ad sui agnitionem salutarem, rectamque in viam perducere, velamenque Mosis a facie illius remouere 2 Cor. III. 16. gratiosissime dignetur, vocetque ad communionem sui, quem haec tenus reiecerunt, filii, ut eum salutariter agnoscentes, nobiscum ore confiteantur Domini num JEsu, credant corde, quod Deus ipsum resuscitauerit ex mortuis. Rom. X. 9.

Nobis, Cives Optimi, quae summi numinis est clementia, licuit esse adeo felicibus, ut in Evangelio videamus veritatis lucem, gloriisque DEI in facie JEsu Christi, 2. Cor. IV. 6. Nouimus, quid nobis partum sit, tam morte seruatoris expiatoria, quam eiusdem letissima resurrectione. Gaudemus, Illum habere caput nostrum, regem, tutorem, aduocatum apud Patrem, adiutoremque in nostra, contra diabolum, mundumque, militia, ope cuius, de victoria tandem re-

portanda, eo sumus certiores, quo certius est, omnia ei nunc subiacere, capitisque honorem esse, carissimorum membrorum, eorumque incolumentis gerere curam. Ad haec, is resurrectionis Christi fructus est, ut, morientes, sine tristitia & metu, exeamus e corporis, mundique habitaculo; siquidem hinc, coelestes speramus, quas nobis paravit, mansiones, Joh. XIV. 2. 2 Cor. V. 1. hinc miseri, quod reliquimus, corporis excellentissimam olim catastrophem, & felicissimam resurrectionem, fido solamine expectamus. Phil. III. 21. 1 Cor. XV. 42sq. Dixit enim: viuo ego, & vos viuetis, Joh. XIV. 19. Adsum vos ad me ipsum, ut, ubi sum ego, etiam vos sitis. Joh. XIV. 3. conf. Joh. XVII. 24. Ponamus ergo, hortor, in hoc omnem nostram industriad, ut cognoscamus, vera fide, Christum, & virtutem resurrectionis eius! Phil. III. 10. Virtus autem resurrectionis Christi haec etiam est, ut per eius Spiritum nobis detur, mori carni & peccato, vivere autem DEO, Christoque, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Rom. VI. 4. sqq. 2 Cor. V. 15. Ambulemus itaque in vitae renovatione, demonstrantes: vivere in nobis Christum Gal. II. 20. habitare in nobis Spiritum eius, qui Christum resuscitauit ex mortuis. Rom. VIII. 11. Sanctissimi autem illius Spiritus εν γη μαζα, nouaeque vitae demonstrationes sunt: dilectio, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, beneficentia, fides, mansuetudo, temperantia. Gal. V. 22. Missis ergo, reiectisque mortis spiritualis documentis, mortua puto opera, regnantesque iniquitates, sicut in sepulcro deposita, Christus suae mortis documenta, linteum, reliquerat, Joh. XX. 6. 7., nouum sistamus hominem, in Christo capite crescentem, eique in dies magis ανάλογον. Hoc facientes, resurrectionis Christi fructum reportabimus, tum in hac vita, tum in futura dulcissimum, gaudebimusque, perpetuis laudibus celebrare illum, qui est ἡ α& η ω, primus, & nouissimus, qui viuit: Qui fuit mortuus, sed ecce viuit in secula seculorum, & habet claves inferni & mortis.

Apoc. I. 8. 17. 18.

P. P. Sub Sigillo Rectorali. Ao. CICCI XLVI.
Fer. I. Paschatos.]





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1004034296/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004034296/phys_0016)


DFG

quereret, depositoque prius irrationabili odio eius, de quo
 dignus sit? despicer ipse debebat, inuenire veritatem facillini-
 siam, quomodo amare Judaei, & honorare dici possunt? quum
 de Messia, & essentiali conceptum abnegent? Fingunt non e-
 nulla sunt praedicata, Messiam, cuius nulla sunt in scriptura V.T.
 Fingunt regem secularem, externae libertatis adsertorem.
 desiderio, fateor, expectant Messiam; verum, ut orbem se-
 ventrem deliciis impleant; adeo, ut etiam Theologiam na-
 suo de Messia conceptu, talpa coeciores, in capite non uno
 rent. Carent ergo Judaei, sine dubio, istius a Dn. HEYN
 dati JCti, fidei articulo fundamentali primo, qui illi est: amo
 tis. Hanc enim si amarent, & festarentur, alia longe via si-
 dendum esse, haud difficulter cognoscerent. Nulla etiam op-
 erum dari posset, Judaeos carere altero quoque, HEYNIC
 JCti, fundamentali fidei articulo: amore nempe sanctitatis.
 fraudibus, fastu, amaro erga gentes, extra suam, omnes, o-
 fidia, aliisque vitiis fere omnes pleni sunt; nec mirum ei-
 pietatem apud eos raram esse, quum veritate, genuinae pietatis fo-
 stiuantur. Si qui tamen, ultra externam morum honestatem
 cuius & homo atheus capax est, ascendunt, animaeque curan-
 satagunt, favente diuina prouidentia, ad veram Ecclesiam fa-
 dicuntur.

Deum interim miseratorem supplices veneramus, ut i-
 lias, a sua gratia alienas, & a veritate deuiantes gentes, &
 hanc, ad sui agnitionem salutarem, rectamque in viam perducen-
 menque Mosis a facie illius remouere 2 Cor. III. 16. gratiosi-
 gnetur, vocetque ad communionem sui, quem haec tenus reieci-
 li, ut eum salutariter agnoscentes, nobiscum ore confiteantu-
 num IEsum, & credant corde, quod DEus ipsum resuscitauerit
 tuis. Rom. X. 9.

Nobis, Cives Optimi, quæ summi numinis est clementia
 esse adeo felicibus, ut in Evangelio videamus veritatis luce
 amque DEI in facie IEsu Christi, 2. Cor. IV. 6. Nouimus, o-
 bis partum sit, tam morte seruatoris expiatoria, quam eius
 tissima resurrectione. Gaudemus, Illum habere caput
 regem, tutorem, aduocatum apud Patrem, adiutoremque in nos-
 tra diabolum, mundumque, militia, ope cuius, de victoria tan-

B 2



the scale towards document

Patch Reference number on UTT
Scan Reference Chart TE63 Serial No. 011

Image Engineering